

Johann Nicolaus Quistorp

Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Nicolaus Qvistorpius, S. Th. D. P. P. ... Ad Exeqvias ... Puerulo B. Frid. Georg. de Krakevitz Tanqvam Primogenito, Unico, Dilectissimoq[ue] Filiolo Abs Tristissimis Parentibus Hodie Parandas Omnes Omnium Ordinum ... invitat : [PP. Rostoch. sub Rectoratus Sigillo d. VII. Jan. Ao. Christi. 1701.]

Rostochii: Wepplingius, [1701]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn766677184>


Druck Freier  Zugang




Qvistorp, J. N.
in
F. G. de Krakevitz.

Rostock, 1701.

//





RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
JOHANNES NICO-
LAUS QVISTORPIUS.

S. Th. D. P. P. AD DIV. NIC. PAST. ET REV.
MINISTERII DIRECTOR.

AD
EXEQVIAS
LECTISSIMO, GENEROSO OPTIMÆq;
SPEI PUERULO

B. FRID. GEORG.
de KRAKEVITZ
TANQVAM PRIMOGENITO, UNICO, DILECTISSIMOq;
FILIOLO

ABS
TRISTISSIMIS PARENTIBUS
HODIE PARANDAS
*Omnium Ordinum, ac dignitatum Cives
Academicos studiosè, humani
terq; invitât.*



ROSTOCHII,
Typis JOH. WEPPLINGII, Univ. Typogr.

//



Ineffabilis ille & ardens Parentum
 amor erga sobolem divinitus huma-
 no generi inditus est, idq; ideo, ut in
 de ineffabilem amoris Dei Patris er-
 ga Filiū suum nobis natum, nosq;
 ipsos ejus fratres, quorum causa
 carnem, homo factus assumpsit, &
 ut nos ab æternis cruciatibus libera-
 ret, ipse inenarrabiles sustinuit do-
 lores, deduceremur; ac demum in
 quotidianis nostris precibus, quoties illum Patrem voca-
 mus, cogitaremus, nos sic à Deo diligi, ut nos ex nobis ge-
 nitos diligimus, Eumque ita acerbè nostris calamitatibus
 percelli, & adfici, sicut nos nostrorum præsertim libero-
 rum tristissimis Casibus adficimur, & dolemus. Decet
 itaque nos hoc mysterium subinde cogitare, ut quantum
 in hâc ærumnosa valle licet, divini istius amoris vehe-
 mentiam trutinando admiremur; tandemque ad *ουρανίδας*,
 quoties ex maturâ & in sperata filiorum morte in sum-
 mo luctu ac mœrore jacentes tristissimè intuemur, per-
 moveamur, excitemurq;. *Homo enim homini Deus vixq;
 amici, vox Dei est; ac tantò quisque perfectior, quanto
 perfectius sentit dolores alienos. Quod Euripides etiam
 monere voluit, inqviens: Condoleto, nam ager visis alterius
 lacrimis levatur ab ærumnis, & animo laboranti maleqve ad-
 fecto benevolus sermo vel maximè medicus est; si nimi-
 rum quispiam cor medicamentis, ex penu inprimis The-
 ologiæ, deniqve philosophiæ sanæ depromptis, delibutum
 probe molliat, ac muniat, ne ratio adfectibus succumbat,
 vel immodicè indulgeat; quum alioquin vita nostra esse
 debeat meditatio mortis, seu commentatio secundum Pla-
 tonem,*

tonem; ut optime declarat *Cicero lib. i. Tuscul. quæst.* vel
potius secundum Christianos beatæ mortis cogitatio, &
inchoatio vitæ æternæ. Quippe dies mortis Christianis,
in scødere cum Christo manentibus, æternæ vitæ natalis
est. Neq; verò vita ulli hominum fortuito datur, sed cer-
to & mirando Dei consilio, nec finis ejus, seu mors nobis
casu, aut ante horam imminet; sed determinato divinitus
tempore, ita ut nemo negare queat, vitam nostram esse
singulare immortalis Dei munus, datum hominibus uten-
dum quàm rectissime, & certis spatiis, ex Dei præpo-
tentis ac misericordis, moderatoris omnium rerum, con-
silio, voluntate atqve præscripto definitum. Atqve ita rem
Mese habere plurima sacrae paginæ docent testimonia, &
non in postremis diserte illud affirmat gentium Doctor o-
ptimus *Paulus* scribens: *Ipse dat omnibus vitam & inspirati-
onem & omnia: ipse fecit ex uno omne genus hominum inhabitare
super universam terram, definiens statuta tempora, &
terminos habitationis eorum.* Sapientes etiam Ethnici in ea-
dem sententiâ fuerunt, agnolcentes vitam esse debitum na-
turæ, & depositum Deorum. Quod ne *Heraditum* quidem
latuit, ubi inquit: *Nostrum vivere est fatale quoddam debitum,
restituendum ei, à quo accepimus.* Quod si itaqve omnium ho-
minum vita, ejusq; origo & finis à folius Dei dependet vo-
luntate immotâ, ut & gentiles docuerunt, nosqve simili-
ter Christiani non scimus tantùm, verùm etiam quotidie
profitemur. Quid est igitur? quod ita conqveramur nobis
vel nostris vitam eripi, falso putantes, vitam esse nostri
juris, contra quos jam scripsit *Lucretius*: *vita mancipio nulli
datur, omnibus usu.* Vel cur tantò opere dolemus, & lugemus,
si nobis vel nostris fuit moriendum, ac si ingentem feceri-
mus jacturam? Damnum faciunt ii, qui sua amittunt, non
aliena. Deus rerum humanarum verè intelligens, eos, quos
(2)
præ

præ cæteris hominibus plurimi facit & arnat, ab hâc vitâ
celerius liberat, quod non ineptè ex Poëtis quidam ex
pressit, inqvrens.

Cy 2d Philoſophi à m d'vhoen vi.
Quamvis autem plurima ex profanis authoribus
depromi possint, quæ parentibus aliisque, filiorum suo-
rumque mortem præmaturam lugentibus, solatio
scribuntur, quibusque dolorem non parùm leniri po-
se, omnino nobis persuademus; tamen meliora mul-
tò consolationis argumenta sacra nobis suppeditat scri-
ptura, cujus autoritas & pondus cæteris scriptori-
bus lumen addit, ac robur, ad faciendam fidem conciliat:
siquidem tum potissimum aliquid, cum virtute conjun-
ctum esse credimus, cum sacri cujuscumque voluminis testi-
monio fuit confirmatum: Illud enim certissima & proba-
tissima alexipharmaca continet resistendo dolori, & lu-
ctum mitigando, ac moderando. Nam quæcumque tan-
dem alioquin cogitationes instituuntur, nihil tamen vel pa-
rum firmi habent, quo animus languidus erigi, corque
mœstum levari, genibusque solatiis muniri queat. Hoc
unum solum verbi divini proprium est, in quo intensissima
illa vis latet, ut mentem alio traducat, & repulsâ tristitiæ nu-
be, lætitiæ serenitatem restituat. Quo circa Parentes mœ-
sti inde consolationem, & in luctu cruciatuum dolorisque
medelam petent; nec dubitamus, quin illa ipsa adeo abun-
de inde hauriri possint, ut protenus mœstæ quiescant
querelæ, omnesque lachrymæ suspendantur: illa enim di-
ctâ non hominem, sed Deum & hominem, servatorem &
generis mortalium, & unius cujusque nostrum authorem
habent, Filium vimirum æterni Patris, Dominum nostrum
JESUM Christum, liberatorem à morte, donatorem vitæ
æternæ, qui quicquid in hoc genere voce suâ tradidit, re-
suscitatione etiâ mortuorum, plurimisque aliis confirma-
vit

vit miraculis; unde & nos inde non possumus non plenif-
simè refocillari. Inquit etenim: *Sinite parvulos ad me*
venire, quia talium est regnum Cœlorum; Item: *Non est vo-*
luntas Patris vestri cœlestis, ut pereat unus de parvulis istis. Item
alibi dicitur: *quos diligit Dominus, eos in juventute ex hac vitâ*
subducit, ne cum impiis conversando damnentur. Hæc autem
voluntatis divinæ testimonia ad hanc quoque beatam ani-
mulam, filiolum primogenitum & unicum Viri perquam
Reverendi, Generosi, Excellentissimiqve DN. ALBEK-
TI JOACHIMI de KRAKEVIZ Th. Doct. Hebr. Ling.
& Catech. S. Professoris Ordinar. Collegæ, ac in Christo Fra-
tris conjunctissimi, inexpectata morte ex hujus vitæ ærun-
oso tabernaculo in cælestem Patriam translatum pertine-
re, nequidquam ambigimus. Valet & ad mortem citra
recusationem excipiendam sæpius recordari, non melio-
ri conditione usos illustres viros, Potentes, Religiosos &
Deo imprimis Charos, quod infinitis exemplis, si instituti
ratio id permetteret, dare possemus, quibus autem hodie
superfedemus. Commorandi diverforium tantum hic
nobis Natura, non habita n di loci m cedit; contra vul-
gus judicat, longum ævum non minimam beatitudinis
partem numerans, quod, quia ex veritate pauca, ex opi-
nionem multa æstimat, non cernere potest, quam multis
miseriis, laboribus, incommodis, & calamitatibus homi-
num vitæ redundet, quamque sit ærumnosa, & planè infelix
humana conditio; quum tē diverso, omni bonorum gene-
re adfluens, & cumulatus eorum status, qui corporibus
laxati in Cœlestia palatia penetraverunt. Quippe in cun-
ctis vitæ generibus & statibus, si recte ratiocinemur plus
laboris, quam quietis, mœroris, quam lætitiæ, luctus quam
solatii, difficultatis, quam facilitatis, periculi quam se-
curitatis in veniemus: Quamobrem frustra desideramus
in hac vitâ diutius permanere, quod Rex & Vates Da-

vid, Paulus & alii Viri Dei optime viderunt, adeoque ad Deum
tanquam ad fontem vivum pervenire medullitus optarunt,
ingemiscetes, se in hoc mundi carcere tamdiu detineri.
Pellantur ergo istæ ineptiæ pene aniles! Cicero i. Tuscul. ait,
*ante tempus mori miserum esse. Quid tandem tempus? Nature
ne? At ea quidem dedit usuram vite, tanquam pecunie, nulla
prestita die. Quid est igitur quod querere, si repetit, quum
vult, ea enim Conditione acceperas, Talibus Sed genus aliis*
per motum iri defuncti nostri pueruli mœstissimos pa-
rentes Maxim. Reverendum Dominum KRAKEVIZ, Con-
jugemq; ejus Generosissimam DOROTHEAM MAR-
GARETHAM de VOSSEN, omnino speramus, ut
luctui suo non tantum modum statuere, sed & doloris
magnitudinem non exigua parte imminuere queant. Quid enim
tam secundum naturam, quam referre gratiam Authori! Non enim
amittuntur, sed præmittuntur, quos non mors absorbet, sed æterni-
as recipit. Et, ut Hieronymi verbis utar, inter Eum, qui decem
vixit annis, & illum quimille, postquam idem finis vitæ ad-
venit & irrecusabilis mortis necessitas, transactum omne tantun-
dem est; nisi quod magis senex onustus peccatorum fasce profici-
scitur. Voluit vero Conditor noster mortis diem esse incognitum
ut dum semper ignoratur, semper proximus esse credatur, & tanto
quisq; sit ferventior in operatione, quanto incertior de vocatione
ut dum incerti sumus, quando moriamur, semper ad mortem para-
ti venire possimus. Nec sine re pronuntiavit Seneca: Natura ni-
hil hominibus brevitate vitæ præstitit melius; tot enim periculorum
genera, tot morbi, tot metus, tot curæ, toties invocata morte, ut fre-
quentius nullum sit verum. Non igitur refert, quot annos habe-
am, sed quot acceperim, si plus vivere non possum, hæc est mea se-
nectus. Hanc itaq; senectutem adsecutus est olim bonæ spei, hodie
Beatus Puellus FRIDERICUS GEORGIUS de KRAKEVIZ.

Quod superest, ut hoc etiam, postulante ita optimâ consuetudine, no-
temus, natus est tenellus hic puer, cui nunc postremum humanitatis
officium persolvemus, Anno superiori M.DCC.d.15, septembr. horâ
7. matutinâ, ac 17. ejusdem per lavacrum regenerationis à peccato,
nobiscum nascente, mundatus, Christoque Servatori nostro unico
beati-

benignissimoque insertus fuit. Patrem habuit Virum Perquam Re-
verendum, Generos. atq; Excell. Dn. ALBERTUM JOACHI-
MUM de KRAKEVIZ, Profess. Hebr. Lingv. & Cathol. Clariss. Fato-
torem, ac Collegam N. Coniunctiss. Matre vero gavisus fuit omni
virtutum elegantia, & generis decore Generosissima & nitidissima
fœmina DOROTHEA MARGARETHA de VOSSEN ex Domo GI-
VITZ. Avum Paternum laudare didicisset, si ulterius Vixisset, Vi-
rum Generosum & maxime strenuum Dominum BARTHOL-
DUM FRIDERICUM de KRAKEVIZ, integræ quondam Legio-
nis in designandis hospitibus militaribus Svecicis Præfectum Eminen-
tissimum, Hæditarium in Gevizini adhuc per D. G. superstitem,
quem & Deus diutissime servet ex toto pectore precatur optimus
noster Collega. Avia paterna, jam piè in Domino defuncta, fuit
matrona nobilissima devotissimaque ELISABETHA ab Engeln/ ex
domo Gevizin. Avus Maternus laudatur Generosiss. GEORG
ULRICUS de VOSS Equitum Magister Potentiss. Regis Daniæ &
Norwegiæ maxime fortiss. Hæditarius in Givitz. Avia mater-
na ANNA de BULAVEN ex domo Harkenfee. Proavus Pater-
nus primus salutatur Dominus ALBERTUS de KRAKEVIZ, Genero-
sissimi KRAKEVIZII Theologi & Præfulis generalis in Pomerano
rum Academia & Provincia Celeberrimi Filius literarum peritiss-
simus, hujus conjux adeoq; B. nostri Proavia fuit EMERENTIA
de BEHREN, ex Generosiss. Pomeranorum Familiis orta. Proa-
vus secundus Paternus sistitur HANS ab Engeln in Svecorum quondam
Chiliarcha decantatissimus, Dominus in Gevizin, Laps & Bodewal
Proavia materna laudatur Optima Matrona MARIA STEINKO-
PFEN, quæ per Dei gratiam vitali adhuc fruitur aurâ fœmina devo-
tissima, & in militiâ Christianorum exercitatissima. Primus Pro-
avus ex materno genere nominatur GEORG de VOSS Hædi-
tarius in Giviz, Holle, & Flotau, Proavia materna. ELISABETHA
ab ORTZEN, ex Domo Gerdeshagen, quæ & in hunc diem in-
ter vivos veneratur summum Numen. Proavus maternus secundus
fuit Dominus CORD GEORG â BULOW Dominus in Harkenfee,
& Rosenhagē, cujus conjux fuit & sic Proaviâ Materna IDA ALEFEL-
DEN ex Holfatorum generosiss. Familiis prognata fœmina geno-
rosissima. Hi huic denato Parentes, Avi, Avia, Proavi proaviaq; fu-
ere. Ex his ille, iis, qui in vivis adhuc sunt, valedixit, Eos, qui illum

ad Cœlestia gaudia præcesserunt infecutus est, ac inter cœlestia
jubila & plausus nunquam interruptos, nunquam interrumpen-
dos jam jam amplexatur. Quæ causa mortis, quis morbi status,
ipsius Dn. Medici Viri Præ-Nobil. Exper. atque Excell. Dn. D. Bernh:
Barnstorffii cognati, Collegæ, Domini Compatris Æstimatissimi ver-
bis exprimemus: *Aliquot jam præteriere hebdomades, quando Gene-
rosi maximeq; Reverendi DN. KRAKEVITZII, S. S. Theol. D. & P. P.
seleberrimi, Collegæ honoratissimi Svavissimus Filiolus, nunc prob do-
lori desideratissimus, ex catarrhoso Pectoris affectu, male habere cepit,
quorundam suum, quantum ex præsentia Symptomatum licuit hario-
lari, Lymphæ acriori debitoq; viscidiori, dehuic; Illa enim ad pectus de-
bata, asperam arteriam, bronchia & vesiculas pulmonum, partim irri-
tando & vellicando, partim v. opplendo & obstruendo, ruffim molestant,
tenellumq; corpus insigniter concutientem excitavit, cum spirandi diffi-
cultate, sterore & angustia pectoris; ad caput vero evecta, ipsum cere-
brum totumq; systema nervosum graviter affecit, spirituum motum & in-
fluxum in organa interruptum inordinatum & violentum reddidit, &
hinc, paucos ante obitum dies, insultus Epileptici varios, per intervalla
quidem breviter recedentes, mox tamen nimia cum vehementia redeuntes,
produxit, à quibus tenerum corpusculum adeò fuit exagitatum & ener-
vatum, ut, tantis insultibus ferendis impar, & frustra in auxilium vo-
catis vel selectissimis remediis, die 1. Januarij currentis anni, è vi-
vorum numero placidissime excesserit. Ferent hunc Casum Paren-
tes optimi & maxime pii æquanimiter & animum patienti-
æ medicinâ, quantum homini per DEUM licet, obdurabunt,
memores illius: Quicquid ad DEUM revertitur, in Familiæ numero
nihilominus computari, neq; extingvi. Quæ propter & certissi-
me statuimus, Puerulum nostrum in Baptismo sanguine Christi lo-
tum, & renatum, peccatorumq; præreticorum contra Consci-
entiam expertem, nunc cum Deo in cœlesti gaudio vivere, quod nec
visum cuiq; mortalium, nec auribus acceptum, nec mente unquam tra-
ctatum, viget, vigit vigebit spaciis seculorum nunquam finiendis.
Decet autem ut Maximè Reverendi & Excellentiiss. Dni. KRAKE-
VIZII, totiusque Familiæ Generosiss. luctu adficiamur, ac Filii uni-
ci funus hodie hora 1. in templo Mariæ S. ad sepulturam frequen-
tes sequamur, & nos quoque mortales esse cogitemus, ac ad
mortis meditationem animos nostros momentis
singulis præparemus.*

PP: Rostoch. sub Rectoratus Sigillo d. VII. Jan. Ao. CHRISTI. 1701

Conventus est in Templo Jacob

vid, Paulus & alii Viri Dei optime viderunt, ad
tanquam ad fontē vivum pervenire' medullis
ingemiscetes, se in hoc mundi carcere tan
Pellantur ergo istæ ineptiæ pene aniles! *Cicer*
ante tempus mori miserum esse. Quid tandem te
ne? At ea quidem dedit usuram vite, tanquam
prestita die. Quid est igitur quod querere, si
vult, ea enim Conditione acceperas, Talibus Si
per motum iri defuncti nostri pueruli moe
rentes Maxim. Reverendum Dominum KRA
jugemq; ejus Generosissimam DOROTH
GARETHAM de VOSSEN, omnino
luctui suo non tantum modum statuere, sed
magnitudinem non exigua parte imminuere queat
tam secundum naturam, quam referre gratiam Auth
amittuntur, sed præmittuntur, quos non mors absor
as recipit. Et, ut *Hieronymi* verbis utar, inter E
vixit annis, & illum quimille, postquam ide
venit & irrecusabilis mortis necessitas, transactur
dem est; nisi quod magis senex onustus peccatorum
scitur. Voluit vero Conditor noster mortis diem
ut dum semper ignoratur, semper proximus esse cu
quisq; sit ferventior in operatione, quanto incert
ut dum incerti sumus, quando moriamur, semper a
ti venire possimus. Nec sine re pronuntiavit *Senec*
hil hominibus brevitatem vitæ præstitit melius; tot en
genera, tot morbi, tot metus, tot curæ, toties invoca
quentius nullum sit votum. Non igitur refert, qu
am, sed quot acceperim, si plus vivere non possum
nectus. Hanc itaq; senectutem adsecutus est olim b
Beatus Puellus FRIDERICUS GEORGIUS de KR
Quod superest, ut hoc etiam, postulante ita optimâ c
temus, natus est tenebris hic puer, cui nunc postrem
officium persolvemus, Anno superiori M.DCC.d.15
7. matutinâ, ac 17. ejusdem per lavacrum regenera
nobiscum nascente, mundatus, Christoqve Servato

110

Copyright 4/1999 Vyskmalster GmbH www.vyskmalster.com

Verfärbeselektor Standard - Euroskala Offset

benignissimoque insertus fuit. Patrem habuit Virum Perquam Re-
 verendum, Generos. atq; Excell. Dn. ALBERTUM JOACHI-
 MUM deKRAKEVIZ, Profess. Hebr. Lingv. & Cathel. Clariss. Fau-
 torem, ac Collegam N. Coniunctiss. Matre vero gavissus fuit omni
 virtutum elegantia, & generis decore Generosissima & nitidissima
 foemina DOROTHEA MARGARETHA deVOSSEN ex Domo GI-
 VITZ. Avum Patrem laudare didicisset, si ulterius Vixisset, Vi-
 rum Generosum, & strenuum Dominum BARTHOL-
 DUM FRIDE... KRAKEVIZ, integræ quondam Legio-
 nis in desig... aribus Svecicis Praefectum Eminen-
 tissimum... ini adhuc per D. G. superstitem,
 quem... to pectore precatur optimus
 nost... in Domino defuncta, fuit
 m... ABETHA ab Engeln/ex
 Generosiss. GEORG
 riss. Regis Daniae &
 L. Avia mater...
 Proavus Pater...
 KRAKEVIZ, Genero-
 generalis in Pomerano
 ni Filius literarum peritiss.
 Proavia fuit EMERENTIA
 meranorum Familiis orta. Proa-
 AN Sab Engeln Svecorum quondam
 Dominus in Gevizin, Laps & Bodewal
 Proa... Optima Matrona MARIA STEINKO-
 PFEN... am vitali adhuc fruitur aurâ foemina devo-
 tissima, & Christianorum exercitatissima. Primus Pro-
 avus ex matre... nere nominatur GEORG de VOSS Haredi-
 tarius in Giviz, Colle, & Flotau, Proavia materna. ELISABETHA
 ab ORTZEN, ex Domo Gerdeshagen, quæ & in hunc diem in-
 ter vivos veneratur summum Numen. Proavus maternus secundus
 fuit Dominus CORD GEORG â BULOW Dominus in Harckensee,
 & Rosenhagē, cujus conjux fuit & sic Proavia Materna IDA ALEFEL-
 DEN ex Holfatorum generosiss. Familiis prognata foemina geno-
 rosissima. Hi huic denato Parentes, Avi, Avia, Proavi proaviaq; fu-
 cre. Ex his ille, iis, qui in vivis adhuc sunt, valedixit, Eos, qui illum

